



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Vniversis Tam Ecclesiasticis quàm secularibus Principibus Alemanniae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

De negotio imperii.

695

VNIVERSIS TAM ECCLESIASTICIS
quam secularibus Principibus Alcmannie.

Epiſt. 23.

Cum de discordia qua diebus nostris peccatis exigentibus super imperio est suborta vehementius doleamus, quia non, ut aliqui mentiendo confingunt, ad depressionem eius intendimus, sed ad exaltationem potius aspiramus, cogitavimus ſep̄ius intra nos ipfos, deliberavimus quoque frequenter cum fratribus nostris, & cum aliis viris prudentibus & discretris non semel tantum tractavimus qualiter ad fopiedam diſcenſionem hujusmodi poſſemus impendere operam efficacem. Fuerunt autem quamplures qui nobis ſuggererent ut cum duo fuissent per discordiam in Reges electi, de studiis eligentium & meritis electorum inquireremus ſollicitate veritatem, quatenus intelligeremus plenius cui eſſet favor apostolicus impendens. Dicebatur enim de altero quod recipi eſſet à pluribus & insignia imperialia obtineret. Sed opponebatur protinus contra eum quod nec ab eo qui potuit, nec ubi debuit, fuerit coronatus, cùm Tarantaienſis Archiepifcopus, tamquam extraneus, & ad quem id minime pertinet, evocatus, ei regni praefumpferit imponere diadema. Præterea obiciebatur eidem quod contra proprium juramentum, ſuper quo nec conſilium a ſede apostolica requirerat, regnum ſibi praefumpferat usurpare, cùm ſuper illo juramento ſedes apostolica prius conſuli debuſſet, ſicut & eam quidam conſulere prudenter, apud quam ex iſtitutione divina plenitudo refidet potestatis. Addebatur etiam contra ipsum quod cum bona memoria Celeſtinus Pano. III. c. 22. pa praedecessor noster ipsum pro temeritate sua & infia epift excommunicationis ſententia publicè innodaf- fet, & nuntijs nostri, quos pro liberatione ve- nerabilis fratris nostri Salernitanij Archiepifco- pi quondam in Theutoniam miseramus, datam ſibi formam à nobis in absolutione ipfius, qui jam in Regem ſe fecerat nominari, minimē ſerva- viffent, contra quam nihil agere poterant, idem profeclò & excommunicatus electus fue- rat in Regem & adhuc excommunicationis ſen- tentia tenebatur aſtrictus. Vnde juxta ſanctorum patrum canonicas ſanctiones ei qui talis exiſtit non obſtantे juſtamente fidelitatis eſt ob- ſequium ſubtrahendum. Hoc quoque contra eundem non modicū facere proponebant quod contra libertatem imperij regnum ſibi jure ni- tebatur hereditate usurpare. Vnde ſi, prout olim frater patri ſuccederat, ſic nunc ſucce- deret frater fratri, libertas Principum deperiret, cùm non per eorum electionem, ſed per ſuc- ceſſionem potius, regnum videretur adeptus; ut cetera benignius taceamus quæ contra genus ipfius ſuper oppressionē tam Ecclesiārum quām Principum opponuntur, ne ipsum persequi vi- deamur. Ceterū proponebatur pro altero quod ab eo qui potuit & ubi debuit fuerat coronatus, cùm à venerabili fratre nostro Colonienſi Archiepifcopo, ad quem id pertinet, apud Aquiſgranum in folio auguſtali fuerit inunctus & corona- tūs in Regem. Sed opponebatur eidem quod pauciores eum Principes ſequentur. Licet au- rem nobis fuissent talia ſepe ſuggesta, & ut ſic

Procederemus conſultum à viris prudentibus & difcretis, volentes tamen honori veftri deferre, univerſitatem veftram paterro commonui- mus dilectionis affectu & per apostolica vobis ſcripta mandavimus ut Dei timorem habentes pte oculis, & honorem zelantes imperij, ne anguillaretur dignitas ejus & libertas etiam de- periret, melius intenderetis ad provisionem ip- ſius; ne, dum foveretis discordiam, per vos de- ſtruueret imperialis ſublimitas, quæ per vef- trum erat ſtudium conservanda; alioquin, quia mōra periculum ad ſe grave habebat, nos quod expedire ſciremus ſollicitè procurantes, ei cu- tareremus favorem apostolicum impertiri quem crederemus majoribus ſtudiis & meritis adjuva- ri. Gaudemus autem quod licet monita noſtra diſtulerit haec tu exaudire, nunc tamen re- deunte ad cor, & quid potius expediat atten- denteſ, juxta commonitionem noſtrā propo- fuitis, ut accepimus, de imperij pace tractare. Monemus igitur univerſitatem veftram & ex-hortamur in Domino, & per apostolica ſcri-pta mandamus, in remiſſionem vobis peccani- num injungentes quatenus iis quæ p̄m̄fim⁹ diligenti meditatione penſatis, ad eum vefræ dirigatis conſiderationis intuitum qui merito ſtrenuitatis & probitatis ad regendum imperium eſt idoneus; quod quaſi p̄cipuum in hoc ne- gotio procurare debetis; cùm, p̄fertim hoc tempore, non ſolū imperium probum & ſtre- num exigat habere rectorem, ſed & Ecclesia nec poſſit nec velit diutiū iuſto & provido de- fenſore carere, quem nos poſſimus & debeamus merito coronare; ab eo penitus animum remo- ventes cui propter impedimenta patentia favo- rem non debeamus apostolicum impertiri. Alio- quin, unde crederetis discordiam vos ſopire, inde continget vos majus ſcandalum fuſcitat; quoniam præter id quod ſi fieret fortè contraria, urbi & penè penitū totidiſ pliceret Italiæ, Ecclesia quoque id ferret graviter & moleſtè, nec ſe dubitaret pro iuſtitia & veritate potenter oppone, quæ Deo defiderat potius quam ho- minibus complacere. Eſſetis etiam perditionis occaſio terræ ſanctæ, ad cuius recuperationem totis viribus aspiramus. Haec autem vobis p̄di- dicimus, non ut libertatis, dignitatis, & potes- tatis veftrae privilegio derogare velimus, ſed ut diſcenſionis & ſcandali materiam amputemus, cùm is fit à vobis allumendus in Regem quem nos in Imperatorem poſſimus & debeamus me- ritō coronare; ne, ſi fecus accideret, fieret er- ror novissimum pejor priore. Si verò ſalubribus monitiſ noſtris, quæ de corde puro & conſci- entia bona & fide non fieta procedunt, prudenter ac reverenter curaveritis acquiescere, nos cum eo pariter & pro eo qui rite ſic fuerit promotus in Principem ad honorem & exaltationem im- perij efficaciter intendemus, cùm & ipſe nobis ſum pariter & pro nobis ad honorem & exalta- tionem Ecclefia intendere debeat, ut ſpera- mus; ita quod eo faciente qui eſt Rex Regum & dominus dominantium, ſacerdos in aeternum ſecondū ordinem Melchizedech, regnum & ſacerdotium diebus noſtris mutuis ſubſidiis op- tatum recipient incrementum. Super juramen- tis etiam illud auctoritate apostolica ſtatuumus

T T t ij

quod ad purgandam & famam & conscientiam redundabit. Vnde non permittatis vos aliquo modo seduci sub specie pietatis ab iis qui non communem sed specialem utilitatem inquirunt; quoniam ad hoc principaliter debet Principis electio procurari, non ut provideatur certa persona, sed ut reipublicae consulatur, quod utique fieri non potest, nisi persona Principis provida sit & justa, strenua & honesta. Ut autem de nostro beneplacito & consilio reddamini certiores, dilectum filium Aegidiū Acolythum nostrum, virum providum & discretum, nobis & fratribus nostris merito sua probitatis acceptum, de cuius plenē fidelitate confidimus, ad vos duximus destinandum, cui in iis quæ vobis ex parte nostra proponeret indubitate fide creditas. Quia verò per falsarios multa solent sèpius obtineri, si forsan, quod non credimus, aliquæ litteræ contra tenorem præsentium ante datam istarum quasi à nobis apparuerint imperatae, ipsas novitatis esse falsas. Datum Laterani.

MAGNTINO ARCHIEPISCOPO,
Episcopo Sabinensi.

Epist. 12.

Sicut frequenter tibi proposuimus viva voce, non est qui post Romanum Pontificem vel in Ecclesia Romana vel in imperio Romano rantium locum obtineat quantum obtines in utroque. Vnde te oportet sollicitè vigilare ut juxta quod de tua fraternitate confidimus, & honorem imperij cum Ecclesiæ exaltatione procures, & augmentum Ecclesiæ cum imperij promoveas incremento; quatenus per tuae sollicitudinis studium inter Ecclesiam & imperium pax perpetua conservetur. Miramur autem non modicū quod cùm publicè nobis coram fratribus promiseris viva voce quod nihil prius finaliter de imperij ordinatione tractares quam per litteras & nuntios tuos nostræ consuleres beneplacitum voluntatis, nupet in colloquio quod fuit inter Andernacum & Confluentiam te procurante, sicut pro certo didicimus, celebratum aliquid diceris quasi finaliter tractavisse, cum facta compromissione in quosdam Principes tam ecclesiasticos quam etiam seculares, quod illi decreverint in colloquio quod in proximo est condictum ab universis debeat observari. Quia verò nec litteras nec nuntios super hoc, licet expectassimus non modicū, à tua fraternitate recepimus, ne videremur merito negligentes si propositum nostrum antequam prædictum colloquium celebretur non exprimeremus Principibus, dilectum filium Aegidiū Acolythum nostrum, virum providum & discretum, nobis & fratribus nostris merito sua probitatis acceptum, ad te principaliter & ad alios Principes destinamus, per ipsum & litteras quas dirigimus Principibus universis intentionis nostræ beneplacitum & salubre consilium, sicut ex eis colligere poteris, apertius innuentes. Rogamus igitur fraternitatem tuam, monentes attentius & exhortantes in Domino, & per apostolica tibi scripta mandamus quatenus cùm plenæ intentionem nostram, cùm adhuc præsens apud nos existeres, intellexeris, taliter annuas votis nostris, taliter in hoc negotio te habere procures ut contra communem utilitatem tam

Ecclesiæ quam imperij nihil penitus attentre. Ad hæc, prædictum Acolythum nostrum benignè recipias, & ea quæ tibi ex parte nostra dixerit proponenda & sine dubitatione credas & studeas efficaciter adimplere; ut zelus quem in juventute tua circa honorem Ecclesiæ prædecessorum nostrorum temporibus habuisti, diebus etiam nostris in tua senectute profiliat in effectum; & qui pro illa haec tenus legitimè certavisti, cursum studeas tui certaminis laudabiliter consummare; ut securè cum Apostolo clamans: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; ideoque reposa est mihi corona iustitiae, quam redder mihi Dominus in illa die justus iudex. Datum Laterani.

NOBILI VIRO DUCI BRABANTIAE
& uxori ejus.

Epist. 13.
Vide iusta epist. 65.

Ad nostram novitatis audientiam pervenimus quod quidam genealogiam vestram à longè calculantes, dilectam in Christo filiam nostram nobilem mulierem [Mariam] filiam vestram carissimo in Christo filio nostro Ottoni filio quondam illustris memoriarum [Hentici] Ducis Saxoniarum sponso suo electo & coronato in Regem affinitatis linea ultra quartum gradum, quod vos non recognoscitis, missit pertinere, licet matrimonium ipsum nullus accuset. Ut autem conscientia vestra non tam purgetur quam consolidetur, fuit postulatum à nobis ut super hoc dignaretur misericorditer dispensare. Si ergo res ita se habet, securè, propter multam & magnam utilitatem quæ de ipso matrimonio proventura speratur, ad consummationem ipsius cum divini nominis reverentia procedatis. Datum Laterani.

PRINCIPIBVS ALAMANNIÆ.

Epist. 14.

VT ij qui super provisione imperij, quam fore laudabilem in omnibus affectamus, nostris monitis salubribus acquiescent, apostolica sedis patrocinio specialius foveantur, præsentibus litteris duximus intimandum quod omnes qui cum eo qui assumptus in Principem, nostram obtinuerint gratiam & favorem, compositionem inierint, super possessionibus, dignitatibus, & honoribus dante Domino manutenerem curabimus & fore, facientes eam auctoritate apostolica inviolabiliter observari, ceteris nihilominus secundum officij nostri debitum apostolica sedis gratiam impensuri. Datum Laterani.

EPISCOPO OSTIENSIS
apostolica sedis Legato.

Epist. 15.

VT carissimos in Christo filios nostros Philippum Francorum & Iohannem Anglorum Reges illustres ad apostolica sedis obsequium plenius inducere valeas & in ejus devotione firmius solidare, præsentium tibi auctoritate concedimus, per apostolica scripta mandantes quatenus si qua forsan inter se vel cum aliis obligatione tenentur illicita, eam securè dissolvas, cùm secundum Prophetam dissolvere debeamus colligationes impietatis & fasciculos deprimentes. Illam enim colligationem censemus illicitam quæ regiæ devotionis obsequium